

affirmat, solem non semel frementes maris voraces compressisse, et insurgentes eius tempestates sedasse:

Fulgidus, ut pulsa sol tempestate, serenat.

Idque confirmat Maiolus in suis canicularibus colloquiis dicens, id saepe experientia comperit fuisse, immo, et divus Ambrosius consensit, dum cecinit:

Hoc navia virgo colligit.  
Pontique mitescent freta.

Quis quaeso ignoret, quot ante partum Virginis procellis huius mundi turbulenta mare fuerit conquassatum? Diluvii inundationem tempore Noe ignem, et sulphurem de caelo cadentem tempore Lothi: pestem per mille regiones grassantem sustinuit; et quod deterius est, idololatricae cultui miscere erat quasi universis orbis addictus. At beata Virgo Christum cuius, continuo instar solis, tumentes huius maris fluctus compressit, et idolorum cultum extinguens, universum orbem sedavit. Quod si verum est, quod Plinius (lib. 2. cap. 103), immo et divus Basilus (in exam. hom. 2) tradunt, quod si, ingruente maris tempestate, oleum inter fluctus maris effundatur, confestim furorem eius mitescat, et leniat; consequens est, beata Virgo inter undas huius frementis maris Christum Dominum effundente, de quo sponsa dixit (Can. 1): *Oleum effusum nomen tuum*, continuo illud sedandum, ac pacandum fore.

Deinde, sicut ea est claritas solis, ut non solum inferiora haec micantibus suis radiis illustret, sed et superiora, etiam coelestia illuminet. Unde auctor (lib. de propriet. rer.) ait: *Sol in medio signiferi incendens, bisseos radios emittit, quibus superiora, et inferiora illuminantur*; ita b. Virgo, instar solis, non solum inferiorem hanc Ecclesiam militantem fulgentissimis doctrinae, et sanctitatis suae radiis illustrat, et instar eiusdem coloris detegit, faciens nos discernere bonum a malo, et falsum a vero. Unde Alexander de Ales (super Psal. 18) dixit: *Sol dicitur b. Virgo, quia sicut sol illuminat; et ipsa quae abstulit omnes haereseis mundi, sicut cantat Ecclesia: Gaude Maria Virgo, cunctas haereseis sola interemisti in universo mundo*. Non solum, inquam, id praestat, sed et superiorem, et triumphantem Ecclesiam miris fulgoribus micans vultu suo irradiat; ut non immerito in illam conveniant verba Ecclesiasticæ (c. 26): *Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieri bonae species in ornatu domus suae*.

Hic addo, quod sicut solare astrum vehementem adeo calorem producit, ut si lignum siccum, vel stuppam contra speculum concaevum apponas, solis radiis exposita, continuo inflammetur, et comburatur, ut longa, et quotidiana experientia satis comprobat; ita beata Virgo mentes puras, ac sibi devotas, quae suat, velut specula tersa, et munda in Dei dilectionem inflammant, ob idque *Mater pulchrae dilectionis* vocatur.

Tandem quia longissimum esset, et ab in-

stilitio meo alienum, prosequi velle omnes solis proprietates, effectus, et munera, quibus persimilia alia in Virgine reperitur, contentus ero paucis hoc loco ex prisorum doctorum monumentis illa indicare. Divus Ambrosius (in exam.) inquit: *Sol est mensura mundi, iucunditas Dei, pulchritudo coeli, celsura temporum, virtus et vigor omnium nascentium, domus planetarum, decor et perfectio omnium stellarum*, et Marius Philosophus, ut refert auctor incognitus (lib. de prop. rer.) dicit: *Sol est principium lucis, rex naturae, mens mundi, fulgor olympi, et moderator firmamenti, et Plato (in Timaeo) ait: Sol a Deo factus est, quasi conditor rerum*. Ad quod alludens Aristoteles dixit: *Sol, et homo generant hominem*: et historia Scholastica (c. 4) vocat solem, *fontem perennem totius luminis*. Divus Dionysius (lib. de divin. nomin. cap. 5) addit, quod non solum illuminat, sed etiam renovat, nutrit, custodit, perficit, discernit, unat, refecit, fovendat, auget, mutat, collocaat, plantat, renovet, et vivificat omnia. Quae verba exponens ibidem commentator subiungit: *Sol in sua substantia habet summam simplicitatem, ac perpetuam permanentiam, ac incorruptibilitatem, summam ad motum habilitatem, et agilitatem, summamque actitatem, et virtutem*; laetique ibi relatos omnes effectus elucidat, et illustrat. Sol item oritur ex alto, magno fulgore coruscans: omnium planetarum pulcherrimus est, et ideo aspectu valde delectabilis: inaequax est omnis peregrinae impressionis, terrae utilissimus agnositor, auri, et argenti mineralia, ac preciosas gemmas in ea producit, et consolidat debilia, dura liquefacit, instar homologi regulat actiones hominum, et ut Macrobius testatur, cum sit oculus maior tota terra, propter celsitudinem sui loci vix bipedalis appareat, et in eius conspectu visus humanus decipitur, cum maior in orto, et occasu sibi videtur, quando ab eis magis elongatur, quam in puncto meridiei, cum propinquior ei sit. Quae omnia excellentius, et cumulatis in beata Virgine quam in sole reperiri non dubitat Salomon (Sapient. 7), cum de illa dicat: *Haec est speciosior sole*. Unde verba illa Davidis (Psal. 103): *Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis collocabuntur*. *Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperam*, Virgini, quam sponsus solem appellat, *Electa ut sol, perfectius quam ipsi soli quadrant*. Orta enim Maria, ortus est sol, et tunc congregati sunt, scilicet daemones, et in cubilibus suis collocabuntur, quia ad inferna abire illos coegit, ne nos infestarent, iuxta illud (Nahum 3): *Ortus est sol, et evolverunt locustae*. *Exibit homo ad opus suum, quia ad bene operandum pia mater expeditus, ac promptus reddit eius servituti addictus, Et ad operationem suam usque ad vesperam, quia perseverantiam in bonis operibus usque ad vesperam mortis efficaciter eis impetrat, quo nihil utilius exogitari potest.*

Ad extremum iam tempus est, ut de quarta acie bene ordinatae praecleara, et honorifica nomenclatura nonnihil dicamus (Cant. 6): *Terribilis ut castrorum acies ordinata*. Salomon

dixit (Proverb. 31) de femina proba, quod Virgini apte satis congruit: *Fortitudo, et decor indumentum eius*. Decor certe solis, quo velut indumento ornata vidit Ioannes beatam Virginem: *mulier amicta sole*. Fortitudo vero aciei bene instructae, et ordinatae, quae pavorem solo suo terribili aspectu hostibus incutit, *terribilis, ut castrorum acies ordinata*. Symmacus: *terribilis cum acie*. Sexta editio, *terrefaciens inter eas, quae sunt magnificatae: alii terribilis, ut acies instructa: alii tanquam adventus splendoris; ac tandem originale hebraicum: terribilis, ut vexillata castra*. Adeo daemones Virgine exhorrescunt, ut ululantes clamitent illud (Gen. 32): *Hec, heu quia castra Dei sunt haec*. Cladius Minote (emblem. 70) narrat Turcis formidabilem adeo fuisse christianum, ac fortissimum ducentem, Unniadem nuncupatum, ut multis etiam post obitum eius transactis annis nutrices, ad iocundum infantibus, et pueris timorem, et tremorem, dicere consenserent: *ecce venit Unniades*. Non dissimiliter beata Virgo venerarum principibus adeo formidabilis est, ut non solum ad eius aspectum, aut ad eius figuram, sed ad solum nominis Mariae auditum, fremant, et tescant, Bernardo (sup. miss.) dicente: *Non sic timent hostes visibiles quamlibet castrorum multitudinem copiosam, sicut aerae potestatis Mariae patrocinium, vocabulum, vel exemplum*.

Claudo tandem totum hunc orationis nostrae discursum, velut fulgentissimo diademate illum coronans, disertissimi patris, et pietissimi doctoris Guilielmi expositionem opportuno apponens hic alterius loci huius nostri persimilis: (in cap. enim 6. Cant.) elucidans verba illa: *Pulchra es amica mea, suavis, et decora sicut Hierusalem, terribilis, ut castrorum acies ordinata*, ait: *Vox dilecti est alloquens dilectam*. Vox, inquam, pii Iesu blande alloquens, leniterque mulcentis piam matrem suam, quippe nec assumptus in coelum, sedensque ad dexteram Patris, dulcissimus eam filius deserebat, sed ei rugiter a dextris, et a sinistris assistens, ditino quodam, secretoque susurro, intus cum materna conscientia diserebat. Et quidem ipsa circa novam eius plebem, pia sollicitudine catagens, nunc cum sodalibus eius, idest sanctis Apostolis: nunc vero cum fratribus Hierusalem, idest novitibus fidei sacra, et aedificatoria foris miscelat eloquia. Interea illi intus a filio dicebat verbum absconditum, et quasi furtive suscipiebat aure interiori venas susurri eius, et gauderet propter vocem sponsi dicentis: *Pulchra es etc.* Amicam appellat more solito familiariter blandiens; atque eximiam dilectionem, qua in eum illa flagrat, praeclear commendans. *Pulchram dicit, et suavem, et decoram, et terribilem: quatuor sane cardinalibus virtutibus, quibus bene vivitur, illam excellenter poltere insinuans*. *Pulchram dicit, propter iustitiam: suavem propter prudentiam: terribilem, propter fortitudinem*.

*Pulchra, inquam, dicitur propter virtutem iustitiae, quae nimirum animi pulchritudo est; nam pulcher, et gratus est talis animus oculis divinae maiestatis, sicut propter iniustitiam deformis, et foedus.*

*Suavis dicitur propter virtutem prudentiae, quae nimirum non tantum sapienter, sed et suaviter, et tanto suavis, quanto et sapientius operatur. Unde sapientiae specialis, et praecipua laus est, quod disponat omnia suaviter.*

*Decora dicitur propter virtutem temperantiae, quae castigat animae simul, et carnis motus indecoros, quantum per illam anima est decora, hoc est immoais a decore, et turpiter diffuans.*

*Terribilis dicitur propter virtutem fortitudinis, quae dum hostiles impetus constanter tolerat, hostilem audaciam potenter froenat, iuxta illud Apostoli Iacobi (cap. 4): *Resistite diabolo, et fugiet a vobis: tanta est fortitudo Virgini, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum*. Amen.*

## HOMILIA VI.

*Serpenti, navi, et aquilae in sublime volanti beata Virgo comparatur. Volasse autem ostendimus duabus alis vitae aetivae, et contemplativae; et instar aquilae dum volavit, oculos suos non avertisse a filiorum tutela; nonnullaque alia aquilae propria beatissimae Virgini in coelum assumptae adaptantur.*

Inter alia non pauca, quibus beata Virgo a sanctis Patribus comparari solet, aquilae certe comparatio minime postremum locum sibi vindicat, tum ad elucidandum praesens gloriosae assumptionis argumentum, tum ad exprimentum beneficia, quibus in coelum assumpta, nostram indigentiam locupleat. Salomon (Proverb. 30) tria sibi asseruit esse valde difficilia: *Colubrum super petram, viam navis per mare, et viam aquilae per aera volitantis*. Haec si materialiter, et secundum corticem literae accipiatur, nemo sane mentis inficiabitur, difficilia non fuisse cognitum sapientissimo Salomoni, cuius tanta fuit rerum naturalium cognitio, ut de illo (lib. 3. Reg. cap. 3) scriptum sit: *Deum dedisset illi cor sapiens usque adeo, ut nemo ante illum simitiss fuerit, nec post eum futurus sit*. Oportet ergo intelligatur in sensu mystico. Multi Patres, quos non secuti sumus (sup. lib. 7), ad Christum Dominum illa referunt; non modo in Mariam etiam convenire posse arbitramur: fuit enim instar serpentis ab infantia singulari praedicta praedita, implens illud (Matth. 10): *Estote prudentes, sicut serpentes*. Nec mirum, si serpentem vocemus matrem, cuius filius se serpenti comparare non exhorruit (Ioan. 3): *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltavit oportet filium hominis*. Maxime quod cum Virgo contriverit caput antiqui serpentis, et mos increbuerit, ut victor nomen victi accipiat, Africanus, Asiaticus, Germanus; inde illi, convenienter satis esse, ut quae victrix antiqui serpentis fuit, ipsius serpentis devicti nomine insiguiatur. Ex alio etiam capite non

incongrue Maria serpens appellatur, quia ad imitationem aenei serpentis, sicut in illum aspicientes a veneficis moribus, quibus exulcerati erant, protinus sanabantur, ita oculos intendentes in faciem beatæ Virginis, ab omni prorsus libidinis aestu liberabantur, et in mirros castitatis amores excitabantur, ut expresse tradunt divus Ambrosius (*de instit. Virg. cap. 7.*) et s. Thomas (*in 3. dist. 2. q. 1. art. 2. ad 4.*) cum aliis multis, quos retuli (*sup. lib. 2. hom. 5.*) Id sane dignum erat, ut sapientissimum Salomonem in admirationem duceret. Sed et secundum, quod adiecit: *Navem in medio mari*, non in minore admirationem illum rapuit: est enim beata Virgo mystica quaedam navis, cuius gubernaculum est sapientia, et discretio; remi sancti affectus; malus sublimis, et alta contemplatio, munda, et casta conversatio; corda funiculum amoris, unitatis, et concordiae; anchora spes firmis, et fiducia in Deum; operimentum externa, ac sancta conversatio; velum mandata corporis cum rubore vercediæ coniuncta; naucerus Spiritus sanctus, qui illam agebat; nam si hi spiritui Dei aguntur, qui filii Dei sunt; quanto magis agetur, quae non solum filia, sed pariter Mater Dei naturalis esse agnoscitur?

Verum, ut clarior innotescat, quam bene in B. Virginem comparatio navis conveniat, observo, quod sicut illa est figura, et forma navis notissima, quod superius est aperta, inferius clausa, in principio stricta, in fine angusta, in medio lata, et profunda; ita B. Virgo secundum portionem superiorem animæ aperta erat ad coelestia charismata recipienda; secundum inferiorem vero portionem omnino clausa terrenis affectionibus. Fuit insuper in principio suae conceptionis stricta adeo ut originale peccatum aditum ad illam maculandam non inveniret. Fuit in fine passionis angusta, dum ob mortem filii sui, variis fuit angustiis oppressa. In medio lata, et capacissima, quia quem coeli coelorum capere non possunt, uteri sui gremio contulit. Tandem profunda per humilitatem, cum ad culmen celsissimæ dignitatis Matris Dei erecta, ancillam se vocaret (*Luc. 1.*) *Eccae ancilla Domini.* Malus autem, seu arbor huius navis valde erectus Christus Dominus fuit, qui viridem arborem se vocavit (*Luc. c. 23.*) *Si in viridi ligno hoc fit, in arido quid fiet?* Erectus etiam, Paulo dicente (*Hebr. 7.*) *Excelsior coelis factus.* Arma huius sacri navigii variae eius virtutes tam infusae, quam acquisitae erant, quibus velut tormentis bellicis adversus hostium incursum praemunita semper adeo exstitit, ut cum illos millicies profligare, ac devinceret, ab eius nunquam nec in minimo devicta fuerit. Unde si in Agripae mummo navis tridentali rostro, insignis victoriae navalis erat indicium; certe Mariana navis triplicis virtutis infusae, fidelis, spei, et charitatis, tanquam tridentali rostro insignita, victoriae adversus hostes malignos egregium hieroglyphicum fuit, Deo ipso a primordiis constitutionis mundi dicente (*Genes. 3.*) *Ipsa conteret caput tuum.* Item sicut navis gravissima pondera, quae nullo humano artificio aloguin ex uno loco ad alium transvehii pos-

sent, facile portat; sic beata Virgo utero suo deferens Christum Dominum, qui gravissima peccatorum nostrorum opera supra dorsum suum portabat, Isaia dicente (*Isai. 53.*) *Posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrorum, magna pondera in carne filii, quae caro eius erat, detulit.* Deinde sicut navis asportate solis frumentum ex uberimis regionibus ad steriles, ut illarum abundantia islarum inopiam suppleat; ita beata Virgo, ut ait Salomon (*Proverb. ult.*) *Facta est quasi navis Ishtarioris, de longe portans panem suum.* Ex uberimis enim pascuis coelestis paradisi, detulit in sterilem, ac infocandam huius mundi plagam, superstantialiter illum panem, Christo Domino dicente (*Joan. 6.*) *Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi, quo fideles alimur, et nutrimur.* Illud tamen valde mirabile est in hac sacra navi, quod ipsa intra se hunc coelestem panem confecit, ut propterea merito significata fuerit (*Matth. 13.*) quae tria sata farinae commiscuit: ipsa enim corpus, animam, et divinitatem simul continxit, et copulavit medio fermento sui consensus, quem verbis illis expressit, cum angelo ab ea illum postulantem respondit (*Luc. 1.*) *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Atque hinc videre est, quam egregie beata Virgo Verbum incarnatum nobis deferens, navi illi Salomonis comparatur, quae, ut legitur (*3. Reg. 10.*) ex Ophyr pretiosissimum aurum deferrebat, ad ornamentum templi, quod ipse aedificaverat. Attulit certe nobis Mariana navis Christum Dominum, aurum mundissimum, cuius meritis, velut olim filiae Hierusalem Salomonis rubicundis capillis capita exornabant, Ecclesia catholica perpolitur, et decoratur: cuius valore, et maestabili pretio magna peccatorum debita solvuntur: cuius mirabili virtute, velut praesentissimo antidoto, infirmi curantur, et corda fidelium laetificantur: cuius tandem micanti splendore Ecclesiae templum miris fulgoribus coruscet. Unde si Omnicritiae observabant, id referente Henrico Schualen (*in suis Aphor. lib. 4.*) *Navis in somno viso nuncium ex longinquo peregre confestim affuturum praesagebat;* certe cum primum haec sacra navis fuit fabricata, et a Salomone, spiritu prophético praevigila in ea navi panem de longe portante, praesigium illa sibi fuit, aeterni Patris nuncium, ac legatum eius a latere filium sibi substantialiorem, intra breve temporis curriculum, de coelo ad terram esse venturum. Quod si eodem auctore id scribente praecitato loco, navis apud veteres fuit felicitatis hieroglyphicum; vere cum primum sacratissima haec navis in mundo apparuit, non solum hieroglyphicum, sed indubitatum, ac certissimum nostrae felicitatis argumentum exstitit, cum ex fabricatione illius, adventus Verbi divini, in quo tota nostra felicitas sita erat, dependere. Ad haec sicut illud interest discrimen inter navem, et tirremem, quod illa vento agitur, haec vero nonnisi adhibitis remis, et labore coacte remigantium iter suum conficit; non dissimiliter illud interluit discriminis inter beatam Virginem, et reliquos sanctos, quod illi fuerunt, veluti tirremes, quae summo labore ex reni-

tentia carnis, et fomite peccati orto, ad coelestis patriae portum pergebant; beata autem Virgo, instar navis, placido Spiritus sancti vento, ac suavissima aura agebatur. Si enim, ut naturales philosophi cum Aristotele (*in Meteor.*) docent, navis a duodecim ventis moveri solet, Subsolano, Euro, Vulturino, Favonio, Austro, Euro Austro, Euro Aphrico, Aquilone, Borea, Choro, Cyreino, Septentrionali, et Euronio; ita beata Virgo instar felicissimae navis duodecim fructibus Spiritus sancti, quos enarrat d. Paulus, velut secundissimis ventis, nulla carnis rebellionem, aut fomitis peccati impugnatione, cum remora cursum eius retardante, in coelestis patriae portum agebatur. Quid plura? Sicut olim nemo salvus factus est tempore inundantis diluvii irae Dei, quando omnem carnem fluctibus aquarum involvit, nisi qui ad navem Noe in modum arcae fabricatam confugit; ita peccatorum nemo a divinae iracundiae inundante diluvio liberatur, nisi qui ad Mariam confugere novit, Bernardo dicente (*super Missus*): *Nihil voluit nos habere Deus, nisi per manus Mariae transeat.* Ad extremum, in eo inter alia pleraque singularissimum habuit haec sacerrima navis, quod reliquae omnes praee haecraa navis, peccatorum naufragia pascuntur, variisque tempestatibus in magnam earum iacturam conquassantur, et quandoque confringuntur, et pereunt: unde Ecclesiasticus dixit (*cap. 43.*) *Qui navigant mare, enarrant pericula eius. Naves enim tempestatibus, et procellis expugnantur, quae ab infestis, et importunis ventis generantur, belluarum icibus offenduntur, Plinio attestante (*de hist. Animal.*), serram maris dorso suo cingere navem, et monoceraentem marinum acutissimum suo cornu illam perforare. Heeceneidi ingenti robore, nec non et magnetis virtute navis detinetur, ne iter suam peragat. Arenarum syrthibus turbatur. Carybdis voraginum sorbetur haustibus. Piratarum gravatur rapinis, ac Syrenum perdi solet canticis. At beatissima Virgo, cum ex una parte rabidus canis fomitis peccati penitus in ea extinctus esset, ita ut nullam internam rebellionem contra eam tentare posset; et ex alia adversus insidias diaboli, divinae gratiae subsidii munissimam esset; certe nec tentationum tempestates, nec carnalium affectionum, velut belluarum icetus, nec diaboli Heeceneidi tentata retardatio in via famulatus Dei, nec divitiarum Syrtis, nec mundani honoris Carybdis, nec Piratarum daemonum usque ad fundamentum exinanitio, nec tandem daeones Syrenum voluptates fortissimos quoque animos plerumque demulcentes, illam superare, et quoquomodo laedere possent. Haec sane prodigia digna erant, ut Salomonem ea praevidentem in magnam admirationem traherent. Merito ergo dixit, semitam navis difficilem viam sibi fuisse. Verum quod ibidem asserit, viam aquilae versus coelum volantis sibi difficilem videri, ad praesens Mariae assumptionis argumentum propius accedit. Beata enim Virgo apud salis per aquilae metaphoram significatur, ut ad praesens institutum spectat. Iob (*cap. 39.*) ait: *Nunquid ad praecipitum tuum**

*elevabitur aquila, et ponet in arduis nidum suum? In petris manet, et in praeruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, et de longe oculi eius prospiciunt.* Aquila regia fuit beata Virgo, tum quia ex regali ortu progenie, tum quia regio diademate, tanquam vera totius orbis, tam terrestri, quam coelestis regina caput eius redimitum viderit Ioannes, et in capite eius coronam duodecim stellarum. Haec ad praecipitum Domini elevata est in coelum, dum non propria, sed Dei omnipotentis virtute ad eam gloriae altitudinem, quam nulla creatorum nunquam attingit, assumpta fuit, ut non immerito dicere possit (*Psal. 88.*) *Domini est assumptio nostra, et sancti Israel regis nostri.* Quod autem ait, quod instar aquilae in arduis ponet nidum suum, et inaccessis rupibus; excellentiam gloriae soli Mariae expressibilem aperte commoratur. Ut autem explicaret gradus, per quos ad tantae gloriae culmen ascendit, subdit: *Inde contemplatur escam.* Ecce vitam contemplativam, quae Deo vacat: *Oculi eius de longe prospiciunt.* Ecce vitam activam, quae proximorum utilitati inservit. Duae quidem istae vitae actionis, et contemplationis fuerunt huius regiae aquilae, instar duarum alarum, quibus ad supremum solium coelestis Hierusalem evolavit. Unde vidus Ioannes, postquam relaterat visionem illam (*c. 18.*) *Signum magnum apparuit in coelo, Mulier amicta sole, postea subiungit: Datas sunt mulieri alae duae aquilae magnae, ut volaret in desertum in locum suum; hoc est, in coelum, quod merito desertum nuncupatur, quia ab angelis desertum fuit. Unde Christus Dominus dixit (*Mat. 18.*) *Nonne dimittit novaginta novem in deserto, ut unam solum ovcem errantem quaereret? Videamus igitur nunc, quomodo beata Virgo, tam in terra, quam in coelo, tam in Ecclesia militanti, quam triumphanti, activae, et contemplativae vitae operibus incubuit.* Ad septem revocantur, ut ex sacris literis colligimus, et rudimenta Ecclesiae catholicae docent, opera misericordiae corporalis, quae omnia admissum beatam Virginem erga Christum exhibuisse, manifestissime ostendunt. Priora sunt (*Matth. 25.*) *Eurri, et deditis mihi manducare: sicut, et deditis mihi bibere.* Beata Virgo in infantia Christum suo lacte pavit, et potavit:*

Foeno lacere pertulit,  
Praesepe non abhorruit,  
Parvoque lacte pastus est,  
Per quem nec ales esurit.

In illa enim infantili aetate non alia Christus, quam suae matris suxit ubera, Ecclesia canente: *Sola Virgo lactabat ubere de coelo pleno.* Quo etiam faciunt verba illa (*Cant. 2.*) *Qui pascitur inter lilia.* Pascebat enim Christus Dominus inter castissima lilia lilia, Mariam, et Iosephum, qui labore manuum suarum in pueritia illum alebant; nisi dicamus cum d. Bernardo (*de Nativ. beat. Virg.*), per lilia candidissima intelligi mundissimas manus Mariae, quae Christo Domino cibum, et potum porri-

gebant: *Manus Mariae*, inquit ille, *quaedam lilia candidissima sunt, nec causabitur litorum amator inter lilia non inventum quicquid inter Mariae manus invenit*. In aetate etiam adulta usque ad tempus praedicationis, quo Christus mundo se manifestans, ex piorum elemosynis vivebat, ipsa alimenta ei ministrabat tam ante mortem, quam post mortem viri sui Ioseph. Immo cum ieiunavit quadraginta diebus, et loquendo noctibus in deserto, et postea esurit, non defuerunt, qui putaverint beatam Virginem cibum illi parasse, quam angeli ei detulerunt, Matthaeo dicente (c. 4): *Accesserunt angeli, et ministrabant ei*. Tertium misericordiae opus commemorat Christus Dominus (Mat. c. 25): *Hospes eram, et collegistis me*. Alii egenos, vagosque inducunt in domos Iudeas, lateribus, et lignis affabrefactas; beata autem Virgo non hominem solum, sed Christum Deum hominem in domo sui pectoris per fidem vivam, ac ventris sui domicilio per novem menses hospitio recepit:

Domus pudici pectoris,  
Templum repente fit Dei,  
Intacta nesciens virum,  
Verbo concepit filium.

Quartum opus misericordiae est, nudum vestire (ibid. 25): *Nudus eram, et cooperuistis me*. Ante Verbi divini incarnationem Christus in pura forma Dei nudus erat, nullo humano vestimento induebatur; illi vero in utero Virginis descendenti continuo beata Virgo ex propria substantia purpuream corporis vestem adaptavit, et humanitatis illum induit, Apostolo dicente (ad Philip. 14): *In similitudinem hominum factus, et habitu inventus, ut homo*. Unde recte illud sibi usurpare possit Christus Dominus, Matri suae dicens (Job. 10): *Pelle, et carnis vestisti me: ossibus, et nervis cooperuisti me*. Cum postea etiam ex virgineo thalamo in nativitate eius, in porticu Belchemico, confestim panis eum involvit, et reclinavit in praesepio, ut testatur dicitur Lucas (c. 2), infantiliaeque membra stricta constrinxit fascia, iuxta illud, quod Ecclesia catholica ait:

Vagit infans inter arcta  
Conditus praesepia:  
Membra panis involvata  
Virgo Mater alligat,  
Et manus, pedesque, et cura  
Stricta cingit fascia.

Quintum misericordiae opus est infirmos visitare (Matth. 25): *Infirmus eram, et visitastis me*. Infirmus certe fuit Christus Dominus bifarium, primo ea infirmitate, de qua ipse per prophetam dixit (Psalm. 30): *Infirmata est in paupertate virtus mea; et de qua Apostolus loquens (ad Hebraeos 5): Pontifex est pro nobis constitutus a Deo, ut offerat dona, et sacrificia, qui condolare possit iis, qui ignorant, et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate, hoc est, infirma carne, multis laborum, ac poenarum infirmitatibus obnoxia. Secundum modo infirmatus est Christus Dominus*

in cruce iacens, Isaia dicente (c. 1): *A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas*. In omnibus ergo his infirmitatibus h. Virgo filio suo varia misericordiae opera compatiendo, et consolando impendit; et dum in crucis lecto acerbissimos dolores pateretur, piissimo affectu visitavit, et usque ad ultimum halitum ei affuit, ut testatur d. Ioannes (c. 19) dicens: *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius*. Ibidem etiam sextum misericordiae opus (Mat. 25): *In carcere eram, et venistis ad me*, perfecte beata Virgo adimplevit. Erat enim acerba illa crux, veluti carcer, qua clavorum vinculis Christus Dominus detinebatur. Cum ergo illa materno affectu, individua Christi crucifixi comes toto passiois, et mortis tempore existeret, nemo sanae mentis inficiabitur, hoc etiam opus misericordiae genus in filium suum exereuisse. Septimi tandem misericordiae operis Ecclesiasticus meminit (cap. 38): *Fili in mortuum producit lacrymas, et contigit corpus illius, et ne despicias sepulturam eius*. Hoc quis non videat exactissime beatam Virginem filio suo exhibuisse? Siquidem pariter cum Nicodemus, et Ioseph ab Arimathaea, qui emortuum Christi corpus et cruce deposuerunt, syndone mundissima involvit, et uberrimam lacrymarum imbrem profundens, in sepulcro novo, in quo nullus unquam positus fuerat, religiose collocavit. Accedit, quod si quae alii opera misericordiae exercent, illa certe versantur circa creaturas; beata autem Virgo omnia haec misericordiae opera Creatori ipsi in carne assumpta impendit, simul in unum diviti, et pauperi variis modis subveniens, et subministrans, scimus enim, *Gratiam Domini nostri Iesu Christi*, ait Apostolus, *quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives*. In hac ergo tanta egestate constitutus ut ipse diceret (Matth. 8): *Vulpes foras habent, filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput suum*; beata Virgo misericordiae viscera ei aperiens (Prover. 31): *Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem, ad pauperem inquam illum, in cuius persona David (Psal. 87) praedixerat: Pauper sum ego, et in laboribus a iuventute mea*. Unde Rupertus (tom. 2. in Cant. c. 4. lib. 3. in fa.) ait, beatissimum Virginem varias elemosynas Christo erogasse; explicans enim verba illa: *Odor unguentorum tuorum super omnia aromata*, haec praefata scribit: *Quae ergo sunt unguenta tua soror mea sponsa? elemosynae tuae, quas expendisti in me. Audiant, et audituri sunt amici de quadam muliere effundente oleum super caput, et super pedes dilecti tui recumbentis; et dicant, quia domus impleta est ex odore unguenti, et intelligunt in illa muliere Ecclesiam nostram, quae quoties impendit elemosynam pauperibus nostris, toties unguenta sua pedibus meis superfundit, et aromata distribuit. Haec enim sunt aromata vera, et unguenta pretiosa: esurienti cullitibet ex inimicis meis cibum dare: sitienti potum praebere: hospitem, sive peregrinantem colligere: nudum vestire: infirmum visitare, et si in carcere est, ad eum venire. Super omnia haec aromata est odor unguentorum tuorum; idest suavitas elemosynarum tuarum, quia non est*

teri in membris meis, sed in memetipso tu mihi munificentissima exististi. Hoc idem argumentum pertractans d. Anselmus (in hom. super verba illa: *mulier quaedam Martha nomine, excepit illum in domum suam*), haec omnia misericordiae opera a beata Virgine Christo exhibita in hunc modum prosequitur: *Alii hospitem quemlibet in domo sua suscipiunt; ista non quemlibet, sed proprium Dei filium, qui non habet, ubi caput reclinet, non in domo, sed in utero suscipit. Alii nudum quemlibet veste mutabunt, atque corruptibilem undelibet composita operiunt: illa Verbum Dei in eadem virginea carne in unitate personae assumpsit, qua sine fine incommutabilis, atque incorruptibilis permanet. Alii quemlibet esurientem, et sitientem, cibo, vel potu exteriori reficiunt: ista Deum hominem, et humanitatem indigentem non solum exterioribus cibis, et potibus pavit, verum etiam interiori suo lacte aluit; et brevier illa sex misericordiae opera percurramus, quae cum uni ex minimis suis fecit, Deus sibi facta constituitur. Ista non quemlibet ex minimis, sed summum Dei filium hospitem suscepit: nudum carne, vel etiam panis operavit: esurientem pavit: sitientem lacte potavit: infirmum per infantiam, et iacentem non solum visitavit, sed etiam balneando, fovendo, leniendo, gestando frequentavit, ut merito de ea dicatur: *Martha satagebat circa frequens ministerium*. Comprehenso, et crucifixo, quasi in carcere posito affuit; haec d. Anselmus, quibus nondissimilia apud nostrum sanctum Bernardinum lego, dum (serm. 51. art. 3. cap. 3) ait: *Sicut nulla unquam fuit similis ministratrix, sic nunquam fuit Virgini similis ministratrix. Alii induunt pauperes de lana ovis: ipsa induit filium suum de purissimis sanguinibus suis. Alii pascent pauperem pane exlrisseco: ipsa pavit humanatum Deum de lacte proprio. Alii suscipiunt pauperem hominem in tugurio: ipsa vero suscepit immensum Deum in corde, et corpore suo. Alii propter Deum ministrant infirmo: ipsa Deo in pauperculo corpore ministravit. Alii solliciti sunt, ne aliquid deficiat inopi: Virgo sollicita ministratrix fuit, et manibus suis laboravit, ut subveniret Deo homini indigenti. Alii incarceratos, et vulneratos homines visitant, et eis compatiuntur, dum vivunt, et mortuos sepeliunt: Virgo, Christo pro nobis copto, ligno crucis affixo, vulneribus dilaniato tanto dolore compassa est, ut inexpressibile sit, etiam anteaquam loquatur; haec d. Bernardinus. Adit tandem ex Alberto Magno Auctor Pomerii (lib. 7. par. 2. artic. 1) quaedam alia, quae non parum commendant excellentiam operum misericordiae beatissimae Virginis: verba eius sunt haec: *Ista opera exercevit beata Virgo in summo super omnes viatores, quia operum misericordiae alterum altero est maius, et excellentius quinque modis. Primo si fit ex maiore charitate: secundo si fit magis indigenti: tertio si fit magis digno indigenti: quarto si fuerit cum maiore effectu impensum: quinto si fit magis ex necessario, et minus superfluo. Haec omnia fuerunt in beata Virgine in summo. Charitas enim eius praecellit omnium creaturarum charitatem, ex qua summa charitate ista opera circa Christum ex-***

CARTHAGENA DE B. M. V. — Vol. II.

hibuit. Item maxime indigenti tribuit, quia nemo inter viatores pauperum Iesu, iuxta illud Matthaei: *Vulpes foras habent, et volucres caeli nidus, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet*. Item dignissimo pauperi tribuit, quia nemo dignior medicus fuit, quam mendicus Deus. Magnum quippe esset opus misericordiae, quod fieret pauperi laico: maius quod fieret pauperi clerico, vel religioso: adhae maius, quod fieret Papae mendico. Ergo improprietate biliter fuit summum opus misericordiae, quod factum fuit a Virgine gloriosa pauperrimo Deo. Item maximum effectum misericordiae impendit, cum se totam pauperrimo Christo in servitium tradidit; et cum nobis miseris, captivis, et mendicis Deum filium suum ipsum dedit in redemptionem; et cum ipso dedit nobis regnum caelorum, et omne bonum. Item de non superfluo, sed omnino necessario opus misericordiae exercevit circa pauperrimum Deum, quia de proprio sanguine, et purissima propria carne ei unicum in incarnatione ministravit, et in suo utero de purissimo suo sanguine cum aluit, atque de proprio lacte cibavit eum natum, et lactavit; haec ille.

Vidistis hucusque fratres, ex duabus alis datis huic regiae aquilae, placet, vitam scilicet activam; nunc, si placet, intuitum secundum alam, vitam scilicet contemplativam. Illam certe intuent insignis ille doctor Guilielmus (sup. cap. 2. Cantio.) haec praefata scripsit: *Dormiebat pia mater inter meliores clericos, et erant pennae eius, pennae columbae deargentatae. Quis dabit mihi alas, sicut columbae, et volabo, et requiescam? Quippe non illi datum est scilicet ceteris, sed sic, ut inter omnes participes veritatis, habeat privilegium Mater veritatis. Pennae eius deargentatae, idest, nitidae, nihil obsecrae, vel sordidae admixtionis habentes, cum dormiret in medio duorum clerorum, idest sortium. Sors una dextera erat, et alia sinistra. Porro utraque attingebat columbam illam: Sors dextera, incarnatio Salvatoris, ea quippe Virginem matrem per exultationem replevit; sors vero sinistra, eiusdem Redemptoris passio, quae scilicet piam matrem maestificavit ad tempus. Toto autem tempore, quod erat inter duos clericos, incarnationem, et passionem, dormiebat pia mater dulcissimo somno contemplationis, somnians iugiter dilectum; et quidem circa humanitatem eius maternam sollicitudine pro tempore satagebat; attamen in divinitatem eius iugiter intentata, contemplativa quietis dulcedine fruebatur; et ita in se circa filium perfecte, atque excellenter implebat negotium Marthae simul, et ceterum Mariae. Negotiosa erat circa humanitatem filii, ac divinitatem eius otiosa. Sic dormiebat a dextero clero usque ad sinistram; nempe ubi ventum est ad sinistram clerum, et passionem unice filii. Sequestrata paululum quiete contemplationis piis se doloribus totam impendit, et totam se cum eis expendit; impletaque est illa praesagii Simeonis propheta: *Tuum ipsius animam pertransibit gladius*. Egidium beata Virgo cum ex una parte plenum dominium suorum actuum haberet, plenum praeter voluntatem distrahebatur, voluntarie autem nunquam a dilecto suo se avertebat; et cum ex alia parte, nulla*

familis peccati, qui in illa penitus erat extinctus, rebellionem, ad exercitium contemplationis tardaretur, etiam dum vitae activae vacabat, a divina contemplatione minime cessabat. Unde Ambrosius (*lib. 2. de Virg.*) dixit: *Intenta operi, ceterum sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quaerere: et paulo inferius: Ad ipsos ingressus angeli, inventa domi, in penetratibus sine comite, ne quis obstreperet: neque enim comites foeminas desiderabat, quae bonas comites cogitationes habebat.* Subscribit beatus Petrus Damianus (*orat. 1. de Nativ. Virg.*) dicens: *Vita activa, et contemplativa Virginem ambierunt adeo, ut nec actio contemplationem minuerit, et contemplatio non deseruit actionem. A primo ergo instanti suae conceptionis, in quo ratione uti coepit, usque ad ultimum vitae habitum, a divinorum contemplatione nunquam destitit; sive Christi actiones, et passiones; sive divina beneficia in se, et in genus humanum collata; sive divinae naturae maiestatem, et incomprehensibilia eius attributa profundissima meditatione evolvens. Ita et iam testatur Dionysius (*lib. 2. de laud. Virg. art. 8*) dum ait: *Nulla unquam inordinata affectio, distractio, fragilitas mentem Virginis a contemplationis lumine revocavit, nec occupatio ulla exterior. Sed quod mirabilis est, adeo intenta fuit divinae contemplationi, non non solum vigilans, sed dormiens ab ea non desisteret; id attestante nostro divo Bernardino Senensi, qui (tom. 2. sermon. 51. art. 1. cap. 2) inquit: *Licet in utero matris dormiret, attamen somnus, qui abissat, et sepelit in nobis rationis, et liberi arbitrii actus, et per consequens actum merendi, non credo, quod talia in Virgine fuerit operata. Sed anima eius libero, et merito actu tunc tendebat in Deum. Atque ad hanc continuam Marianam divinorum contemplationem tendere arbitror verba illa Sponsi illi dicentis (*Cantic. 4*): *Capilli tui sicut greges caprarum, quae ascenderunt de monte Galaad.* Per capillos caprarum, quae sunt acutissimi visus, cogitationes intelligi b. Virginis, acutissime divina arcana penetrantes; has autem dicit ascendere de monte Galaad, qui *Acerus testimonii* interpretatur: quia dum varia sacrarum litterarum testimonia mente sua versabat, ad magnam divinorum contemplationem mens eius ascendebat. Unde ipsius verba sunt (*Ecl. 24*): *Gyrum coeli circumivi sola; quasi dicat: Sola mortali corpore induta, veloci, ac continuo contemplationis motu circummedi divinae Maiestatis coelum, divinae eius naturae unitatem, Personarum trinitatem, generationem Filii a Patre, processionem Spiritus sancti a Patre, et Filio; infinitatem, omnipotentiam, aeternitatem, sapientiam, bonitatem, immensitatem, immutabilitatem, charitatem, misericordiam, et iustitiam cum reliquis eius attributis continua meditatione ruminans. Quod autem ait, se solum circumivisse gyrum coeli, excellentiam contemplationis illius valde commendat; quia licet adeo sublimis fuerit Isaiæ contemplatio, ut diceret (*cap. 6*): *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, et elevatum, et plena erat domus a maiestate eius, et ea, quae sub ipso erant, replebant templum: et quavis d. Pauli contem-*****

platio adeo mentem eius elevaret, ut diceret (*1. Cor. 12*): *Audivi arcana verba, quae non licet homini loqui; ut significaret tamen Virgini supremum suae contemplationis gradum, neminem unquam attigisse, solum se testatur gyrum coeli circumivisse. Existimo autem, quod non solum ascendebat, sed descendebat de Christo Deo ad Christum hominem, ut his egregiis verbis hunc eundem Canticorum locum elucidans nobilis doctor Guilielmus, in hunc modum edisserit: *Quis devotus ascendit, vel humiliter descendit unquam hunc montem, quam Maria? Ascendebat super filium hominis, certissime credendo filium esse Dei: descendebat super eundem ei maternae pietatis sollicitudinem humanissime impendendo: levabat oculos contemplationis a gremio suo usque ad summum coelum, et de coelis colorum respicebat eos usque in gremium suum demittens. Illic erat, cui omnes Prophetas testimonium perhibent: hic erat Nihilominus idem, quem Evangelistae contestantur; hic, et illic acerus testimonii. Sic alternat via Mater cogitando a sinu suo usque ad sinum Patris, ubi Verbum erat Deus, et a sinu Patris in sinum suum, ubi Verbum caro factum. Sic fide de Galaad monte ascenderant patriarchae et prophetae, et omnes iusti. Sed quis, ut Deipara? Illi tantum ascendebant, quia crederunt; haec credidit, et contractavit.**

Restat, ut iam dicendi vela contrahamus, ostendentes quomodo beata Virgo etiam in Ecclesia triumphanti adhuc exercitibus contemplativae, et activae vitae, quantum illius status excellentia patitur, semper incubat. Et quidem quod ad contemplationem attinet, cum divinam essentiam per visionem beatificam, quae perfectissima est omnium contemplatio, clare intueatur; satis per se notum, et exploratum relinquatur, in Ecclesia triumphanti a vitae contemplativae exercitio nunquam cessare. Quod autem vitae activae incessanter attendat, verba ipsius aperte indicant, dum ait (*Ecl. 24*): *In habitatione sancta coram ipso ministravi.* Sicut enim filius eius non designatur beatis ministrare, ipso dicente (*Luc. 12*): *Et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis;* ita etiam ipsa fidelibus, et praecipue amicis suis ministrare non abhorret; immo quanto sublimiorem sedem occupat, tanto magis alios ministrare desiderat, non immemor Christi verborum (*Luc. 22*): *Qui maior est in vobis, fiat sicut minor: et qui praeceptor est, fiat sicut ministrator.* Ministrat autem instar regiae aquilae, ut a proposita superius metaphora non discedamus, quia sicut aquila cum in sublime evolat, a filijs, quos in nido reliquit, oculos non avertit, ut si praedantes aves in illos irruant, ab earum unguibus confestim liberare descendat; ita beatissima Virgo, veluti generosae indolis aquila, in caecum coeli empyrei, contemplativae, et activae vitae alii evolans, oculos ad nostras miserias sublevandas, et a daemones rapacibus unguibus non eripendens, quod semper convertit. Quorum intuitus singularem utilitatem Ecclesia catholica probe agnoscens, quotidie precari non cessat, dicens: *Illos tuos misericordes oculos ad nos convertito. Tria inter pleraque alia, tam apud naturales,*

quam symbolicos philosophos, de aquila reperio, quae praesenti argumento adaptabo. Commemorat in primis ex Plinio Henricus Schaefer (*in suis Aphor. libro 19*), aquilam unguibus suis draconem dilacerare, et in frusta discerpere; alque adeo aquilam draconem arreptum gestantem, victoriae symbolum fuisse, et ideo imaginem eius pro sigillo usurpasse Lacedaemonios. Aquila regia est beata Virgo, quae bellum gerens cum antiquo serpente, hoc est diabolico dracone, caput eius conterens victrix evasit (*Genes. 3*): *Ipsa conteret caput tuum.* Si ergo infestissimus hic serpens in vos irruat, fiduciam habeat in generosa haec Mariana aquila, quae et oculorum aciem in vos intendet, et vires eius confringet, ac omnes illius insidias longe propulsabit. Deinde cum aquila, ut idem Henricus adnotavit, semper imperii insigne, ac magni domini symbolum, unde apud Ezechielem capite decimo septimo, regnum Babylonium, et dominium Aegyptiacum aquila designatur; et apud Xenophontem libro septimo, de Cyri disciplina, exercitus Persae signum fuisse aquilam legimus; atque etiam nunc imperii Romani idem insigne est. Hinc infero, cum beata Virgo per aquilam significetur (*Ezech. 17*): *Aquilam magnarum alarum, nobis non obscure manifestari magnitudinem potestatis domini, et imperii, quo in coelesti patria gaudet, ut quaeque bona in nos conferre velit, facile suis precibus impertiri possit. Licet enim reginae diademate insignita sit, non designatur pro nobis in curia summi pontificis Iesu Christi filii sui referendariae munus exercere. Unde ipsa recepit precum memoria, quae a iustis, et peccatoribus exhibentur, ea que summo pontifici Iesu praesentans, postulat, ut filia charissima, et imperat tanquam dilectissima mater, ut ea per suum *Fiat* signare dignetur, iuxta pollicitationem sibi factam, cum ad ingressum in regnum coelorum ei dixit illud (*3. Regum 2*): *Pete mater mea a me, quod vis, neque enim fas est, ut avertam faciem meam.* Annuit filius precibus Matris; et ipsa, cuius manus formidatiles sunt, quas a fidelibus supplicationes manu sua acceperat, eisdem per manus suas regio *Fiat* signatas restituit. Atque hinc facile deprehendetur, quam magna sit beatissimae Virginis gratitudo erga famulos suos devote et inservientes. Inter volucres aquilam valde gratam suis benefactoribus existere passim commemorant antiqui auctores; solum tamen, quod ex Plinio narrat Berchorius (*lib. 7. Reduct. Mor. cap. 2*), idque sane valde stupendum de aquilae gratitudine, hic apponam. Ait ille, in urbe quadam nomine *Sesto*, aquilam a quadam Virgine educatam quasi beneficium educationis ei rependentem, aves, quae venabatur, illi solitum offerre. Adhuc tamen, quod mirabilis est, quod cum virgo illa vita funela iuxta regionis illius inveteratam consuetudinem loco sepulturae in ardentem rogam coniceretur, aquila illa pariter cum virgine, in eundem se iniecit; in cuius insignis gratitudinis memoriam erectum fuit ibi phagnum in lovis, et virginis illius honorem, eo quod lovi haec avis ab Ethnicis sacra esset. Si igitur aquilam rationis expertem tali*

gratitudinis praedictam agnoscimus, qualem putamus beatissimam Virginem singulari gratitudine, et liberalitate praefulgentem, se fore exhibituram erga fideles suos famulos, et praecipue illos, qui varia obsequia frequenter ei impendunt? Arbitror quidem, quod non solum in hoc saeculo, multa beneficia, iam spiritualia, quam temporalia in illos conferret, sed et in futuro, instar aquilae, quae praedam aliis communicat, benedictum fructum ventris sui eis ostendet, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA VII.

*Beata Virgine nullam passam fuisse internam tentationem, ex peccati fonte dimanantem; sustinisse tamen externam ex suggestione diaboli ortam, quam tamen semper viriliter superavit, adversus quosdam moderniores doctores aperte demonstramus.*

Cum de vita activa, et contemplativa Deiparae Virginis sermonem instituerimus, argumenti huius exacta ratio postulare videtur, ut de tentationibus, quas pertulit, viriliterque superavit, nunc disseramus. Illud autem ante omnia supponendum est, beatam Virgine internam tentationem ex fonte peccati manantem nunquam expertam fuisse, quia cum talis fomes a principio primaevae sanctificationis ipsis fuerit totaliter extinctus, ut docet Aiens. (*3. p. q. 9. m. 2. ar. 1*), Scot. Gabr. Almayn. (*dist. 3*), et doctores omnes asserentes, Deiparam conceptam fuisse absque peccato originali; vel saltem ab eo momento fuerit ligatus, ut voluit divus Thomas (*3. par. art. 4. ad 1*) Caietan. (*in opus. de spatio Virginis*), et multi alii Thomistae, consequens est, impedimentum fuisse, sive id fuerit per aliquam qualitatem sibi inhaerentem, vel per extrinsecam, et specialem Dei mantentiam, ne interna aliqua suggestione voluntatem Virginis ad malum provocaret. Et licet non repugnet dari carnis suggestionem, et motum aliquem concupiscentiae absque ulla proterva culpa, ut puta, cum totaliter praeventum usum rationis; quod enim d. Thom. (*3. p. q. 61. a. 2. ad 3*) dixit: *Tentatio quae est ex carne, non potest esse sine peccato, debet intelligi non absolute, et simpliciter, sed sub conditione, si ab homine potest vitari, et praeventi; vel certe voluit, non posse esse motum libidinis sine peccato, non actuali; sed quod sit veluti origo, et radix eius, quia, omni tentatio pro concupiscentiam a fonte oritur, qui est originalis peccato originem dicit. Idque necessario dicendum esse, constat clare ex concilio Tridentino (*sess. 6*), ubi docet, praedictos motus absque ulla culpa etiam veniali in nobis pullulare posse. Quamvis igitur motus huiusmodi rationem culpae non attingentes non sint contra perfectionem sanctitatis, cum potius ad illius augmentum sanctitatis conferre soleant; in Virgine tamen nulla*

ratione sunt admittendi, quia sanctitas ex omni parte perfecta excludit omnem motum, qui vel esse solet ad transgressionem divinae legis. Unde Christus hoc genus perfectionis assumpsit, et participationem eius suae Genitricis communicavit, quae ad augmentum suae gratiae pugna cum carne non indigni, id enim ad statum incipientium pertinet; ipsa vero inde inceptit, ubi alii post longam pugnam consummatur. Tandem generatim omnes Patres docent nihil indecens in beata Virgine fuisse, aut quoquo modo inordinatum. Unde divus Bernardus (in serm. Signum magnum) ait: *Nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum, sed nec tepidum quidem aliquid, aut non ferventissimum liceat suspicari.* Constat autem motum libidinis etiam praevientem usum rationis aliquid esse inordinatum initiative, quatenus via est culpam. Richardus etiam de sancto Victore (lib. 2. de Emman. c. 28) postquam accommodaverat illi verba (Psalm. 43): *Aufertur bella usque ad finem terrarum, quia in Virgine nullum internum bellum, sed summam pacem agnoscebat, subdit haec verba (cap. 31): In ceteris sanctis magnificum fuit quod a vitis non sunt expugnati; in Virgine autem quod nec in modico impugnata fuit.* Cum etiam d. Ambrosius (lib. de Institut. Virg. cap. 7) dixerit, Virgini datum esse, ut sola sua praesentia, et aspectu integritatis, et puritatis insigne aliis conferret; nihil certe mirandum, quod in se nullum inordinatum motum senserit. Et ut paucis multa dicam, cum decuerit Dei Genitricem ea puritate vivere, quae maior sub Deo nequeat intelligi; et libidinosi motus, et quicumque alii ex fomite promanantes, sint effectus peccati originalis, et cum culpa magnam habeant affinitatem; consequens est longe ab eis alienam Virginem exstitisse, quae et peccato originali caruit, et quae iure maternitatis Dei summae illi affinis erat, nullam prorsus cum peccato aliquo affinitatem habuit.

His igitur sic praebitis, scio quosdam modernos doctores in ea fuisse sententiam, ut putarint h. Virginem non solum omni interna tentatione ex carne proveniente, sed ab omni etiam externa, ab hoste maligno eam suggerente, immemem exstitisse: quod his fundamentis immitentes, sibi persuadent. Primum, quia non semel Patres h. Virginem appellant: *Coelum animatum*, quia sicut coelum est sedes quaedam inanimata Dei, iuxta illud Isaiae (c. 66): *Coelum mihi sedes est*; ita h. Virgo fuit sedes quaedam viva, et animata, in qua Dominus sedit, iuxta illud (Ecclesi. 24): *Requievit in tabernaculo meo.* Sicut ergo coelum nunquam recipit peregrinas impressiones, uti Aristot. testatur (in lib. de coelo); ita h. Virgo instar coelestis orbis, omnis diabolicae tentationis expers semper fuit. Unde sicut de coelo dixit David (Psalm. 90): *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*; ita Mariae tabernaculum, quae Dei erat habitaculum, tentationis diabolicae flagellum non solum non laesit, sed nec illud tetigit. Secundum, quia Sponsus, ut manifestaret h. Virginem ita formidabilem esse, ut ad eam tentandam malignus hostis ap-

propinquare ei non auderet, vocavit illam *Terribilem*, dicens (Cant. 90): *Terribilis, ut castrorum acies ordinata.* Ecce non vocat illam fortem, non victricem, non de hoste triumphantem, non eius spolia dividentem; sed terribilem, instar acies ordinatae, quia sicut haec non semel suo aspectu hostium turmas addebat, non veniens deleverit, et fugam arripere compellit; ita h. Virgo solo suo aspectu adeo terribilem se malignis hostibus exhibebat, ut ab ea longe aufugerent, nec illam invadere tentarent. Tertium, quia ut sanctus Athanasius (ser. de saec. Deip.) tradit, b. Gabriel archangelus fuit angelus Lucae custos; explicans enim verba illa Lucae (cap. 1) *Discessit angelus ab ea*, ait: *Discessit nimirum visibili praesentia, non famuli.* Angelus autem Gabriel, qui *Fortitudo Dei* interpretatur, in eo sedulam adeo Virginis curam gessit, ut daemone compasseretur, ne illam tentare attentaret. Si enim hoc non efficeret, frustranea fuisset eius custodia, quia quod atfuit ad non peccandam, et alia mala praecavenda, divinis auxiliis erat suffulta, et specialis Dei mantententia custodita. Quartum, quia cum tentatio diabolica Virgini immissa non ad aliud ordinaretur, quam ut illam ad peccandum excitaret; longo videtur a Virgine propulsanda, cum ob exitum eius puritatem, non solum omne peccatum actuale, sed omnis via, et tententia ad illud longe ab ea debeat arceri. Nec refert, inquit, Christum Dominum fuisse tentatum in deserto a daemone, quia daemone non tentavit Christum, excitando illum ad peccatum, sed ut exploraret, an naturalis Dei esset filius, ut verba illius, quae refert divus Matthaenus, satis indicant (Matth. 4): *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*, etc. Pie, saepe, et sincero animo haec dicta reor.

Ego vero aliter dicendum existimo, magni Vincentii Lyrinensis martyris pulchram illam sententiam in memoriam revocans, qui explicans verba divi Pauli, *Bonum depositum custodi*, inquit: *Depositum custodi, quod creditum est, non quod a te inventum: non dicens, sed sequens. Per te posteritas gratuletur intellectum, quod ante vetustas non intellectum veneratur. Eadem tantum, quae didicisti docere, ut cum dicas nove, non dicas nova.* Sane ego novitatem omnem execrans, et praesertim in reserandis Arcanis Deiparae Virginis, cum neminem antiquorum Patrum videam diabolicam tentationem a Virgine remorentem, quin potius in contrariam sententiam illos abissis deprehendam, non possum non illis assentiri. Et quidem in primis, ut ab eorum auctoritate exordiar, d. Bernar. (ad Can. Lugd.) inquit: *Cui haec servata victoria, nisi Mariae ipsa proculdubio caput contrivit venenatum, quae omnimodam maligni suggestionem, tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia deducit ad nihilum.* Accedit insignis d. Fulbertus Episcopus Carnotensis, qui explicans verba illa: *Ipsa contrevit caput tuum*, in hunc modum loquitur: *Quid est, caput serpentis conterere, nisi principalem diaboli suggestionem resistendo superare?* Demum Glossa ordinaria (sup. c. 3. Gen.), ex divi Augustini doctrina (in idem cap. 3. Genes.), haec ver-

ba habet: *Inter semen diaboli, et mulieris, inimicitiae ponuntur. Semen diaboli, prava suggestio: mulieris, fructus boni operis, quo suggestionis resistit. Ideo observat plantam, ut si illa labatur, detectato illam capiat. Illa observat caput eius, ut ipsum initium malae suggestionis caedat.* Ecce Patres non dubitant, beatam Virginem per suggestionem diaboli fuisse tentatam. Deinde supposita receptissima lectione vulgata, quam sequuntur gravissimi Patres, legente: *Ipsa contrevit caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius*, satis luculenter videtur mihi probari beatam Virginem a diabolo fuisse tentatam, tum quia beata Virgo conterendo caput daemone, victoriam de eo retulit, quod non obscure indicat daemone illam invasisse, cum victoriam praecedat pugnantium congressus; tum etiam quia Dominus praedixit, daemone insidias fore illi paraturum: *Et tu insidiaberis calcaneo eius.* Quid autem sunt insidias diaboli, nisi pravae eius suggestiones? Quod si quispiam cum Ruperto (sup. cap. 3. Genes.) mihi respondeat: *Porro haec inimicitiae non per ipsam mulierem, sed per semen illius sunt exercendae, inde magis nostra constabilius tentatione. Nam omissa, quod beata Virgo non solum per Christum, sed per semetipsam gratia illius suffulta, principem tenebrarum devicit; certe si Christus Dominus insidias diaboli per varias tentationes passus est, ut constat ex verbis divi Matthaei (c. 4): *Ductus est Iesus in desertum, ut tentaretur a diabolo, et ex illis divi Pauli (Hebr. 4): Tentatum per omnia: immo ego crediderim, Christum Dominum non solum in deserto, sed alibi etiam tentatum fuisse a diabolo, ut aperte colligitur ex verbis d. Lucae dicentis (cap. 4): Consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus; ex quibus clare constat, non recessisse ab illo in perpetuum, sed usque ad praefixum quoddam tempus; atque adeo iterum ad illum tentandum rediisse, quamvis reliqui Evangelistae id non commemorent: certum enim est illos non enarrasse cuncta, quae Christus egit, atque sustinuit, non est, cur similes tentationes a Matre eius, quae persimilis ei fuit, arceamus. Quis enim sibi persuadeat, illud genus tentationis dedecere matrem, quod non dedecbat filium? Nec quidquam valet respondere, daemone non tentasse Christum Dominum, ut ad peccata eum alliceret, sed ut exploraret, an filius Dei naturalis esset, quod nihil eum dedecbat: nam licet id verum sit de prima tentatione, cum ei dixit (Matth. 4): *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* Unde d. Augustinus (lib. 9. de Civit. Dei cap. 21) dixit: *Dubitavit de illo daemone principem, eumque tentavit, an Christus esset explorans. In sequentibus vero tentationibus manifeste illum ad peccandum suadere contendit, postulans ab illo idololatricam cultum. Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Ad quae verba respiciens s. Leo Papa (serm. 2. de Quadrag. cap. 2) dixit: *Quem verum exprobatum hominem, praesimebat posse fieri peccatorem.* Deinde quia saepe contingit, ut quoque sanctior est, eo magis a daemone impugnetur; unde propheta Abacuch dixit (cap. 1):**

*Cibus eius electus; sed et verba Christi Domini (Luc. 12) id singulari quadam metaphora aperissime commingunt, dum hostem malignum vocavit fulgur.* Sicut enim illa est notissima fulguris proprietas, ibi maius nocentium inferre, ubi maiorem vim resistendi reperit; ferum namque ensis in cinerem convertit, et vaginam integram relinquit; dura ossa comminuit, et carnem mollem non laedit: argentum in crumena laetens conterit, et crumena non nocet; ita etiam hoc est daemone ingenium, ut eos fortius impugnare satagat, in quibus maiorem ad sibi resistendum vim experitur. Unde cum haec esset maxima in beatissima Virgine ob exitum eius fortitudinem, vehementius daemone calcaneo eius insidiabatur. Ac tandem cum ex una parte tentatio, quae non provent ex deordinatione potentiarum, sicut procedebat illa, quam patiebatur divus Paulus, cum dicebat (ad Rom. 7): *Invenio aliam legem in membris meis, repugnantem*, vel ut alia lectio videtur: *Rebellantem legi mentis meae*, non dedecet exitum puritatem, et excellentiam Virgini, sicut nec dedecet dignitatem filii Dei hominis; et ex alia parte tentatio extrinseca a daemone proveniens ad profectum spiritualem multum Virgini utilis esset, iuxta illud divi Pauli (1. ad Corin. 10): *Faciunt cum tentatione proventum;* et ex alia denique parte inde Apostolus (2. Tim. 2) dixerit: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit*; dubitandum non est, beatam Virginem non semel a victoria tentatam, atque adeo varias de illo victorias reportasse, multiplicemque gloriae coronam ex multiplici cum daemone certamine, et congressu sibi acquisivisse. Existimo autem beatam Virginem permissam non fuisse a daemone tentari circa materiam libidinis, eo quod hoc genus tentationis dedecet exitum puritatem, et dignitatem Genitricis Dei: nam licet aliquin certum foret voluntatem eius ei non consensuram; necesse tamen erat, ut minimum, intellectum eius aliqua turpi cogitatione quamvis indeliberata, foedari: quae tametsi inculpabilis esset, non posset materialiter turpis non esse, ut pole obiecti venerit purissima autem Virgine omnis turpitudine tam formalis, quam materialis longe abuit, quae fontem omnis puritatis peperit. Quare recte dicitur Cyprianus dixit (serm. de tentat. Christ.): *Honestius cum spiritu, quam cum carne luctamur.* Illud autem exitum Deiparae Virginis fortitudinem non parum commendat, quod cum aliquin tanta sit daemone fortitudo, ut de illa dicit Job (cap. 41): *Non est potestas super terram, quae comparatur et; illa tamen in omni congressu, et in omni certamine cum daemone iudith, gloriosius illum superavit, et ut altera Iudith, Holopherens caput amputans, vel certe ut Iabel Sisarae tempora clavo acuto confodiens, maligni huius hostis caput contrivit, adeoque eius vires enervavit, ut solo eius aspectu periret, iuxta illud Isaiae (cap. 30): *Pavebit Assur virga percussus.* Virga haec beata Virgo designatur, quam etiam Isaia Virgam vocavit: *Egredietur virga de radice Iesse, iuxta expositionem divi Hieronymi (in eum loc.).* Haec igitur virga percussus antiquus serpens, exhor-*

ret, cum Virgine certamen inire. Unde arbitrator, non unum daemoneum tantum, sed plures Virgineum tentare aggressos, semperque ignominiose devictos fugam arripuisse, et ad eam tentandam minime ausos fuisse redire. Certe voluntas peccato credit, et tentationis succumbit, non aliter quam per malitiam, ignorantiam, vel humanam fragilitatem, ut cum divo Thoma (1. 2.) omnes theologi fateantur. Iudas peccavit ex malitia, tradens sanguinem eius, quem sciebat iustum, et innocentem. Paulus peccavit Ecclesiam Christi infestans, sed ex ignorantia: *Ignorans feci*, ait ipse (1. Tim. 1). Petrus autem ex fragilitate humana, timore mortis perleritrix peccavit, Christum Dominum abnegans. At beata Virgo ex plenitudine illa gratiae, ob quam ei angelus dixit: *Aee gratia plena*, impecabilis facia erat ad omnia illa peccatorum genera, ut expressis verbis docuit divus Augustinus (lib. de nat. et grat.) dicens: *Scimus, quod plus gratiae affuit collatum ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere, et parere meruit illum, quem constat nullum habuisse peccatum*. Si ergo vicit ex omni parte peccatum, vicit proculdubio ex parte infirmitatis, quia turris erat fortissima David, ex qua mille clypei pendebant. Vicit ex parte ignorantiae, cum mater esset agnitionis, immo mater ipsius sapientiae, in qua inerat gratia omnis viae, et veritatis. Vicit ex parte malitiae, quia prae magnitudine divini amoris omnem malitiam extinguens, languebat (Cant. 2): *Dicite dilecto, quia amore langueo*. Ac tandem non poterat non ex omni parte vincere omne genus peccati, cum adversus fragilitatem praemunita esset potentia, et fortitudine Patris: adversus ignorantiam, sapientia Filii: adversus malitiam, bonitate Spiritus sancti illam perpetuo inhabitantis; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA VIII.

*Metaphoram palmarum multiplici eruptione, variisque animi conceptionibus elucubrante conamur, in illa verba: Quasi palma exaltata sum in Cades.*

Iussit Deus olim, ut ad ornatum templi omnes pro facultate sua aliquid imperirentur: ditiores aurum, et argentum: alii purpuram, et coccum bis tinctorum: alii tandem pauperiores pilos caprarum, aut pelles arietum offerbant. Ego sane, tanquam pauper, ad ornatum sacratissimae Virgine, quae templum semper fuit Spiritus sancti, elsi animus grandia offerendi non desit, quia tamen facultas non suppetit, palmam nam et solum offeram, verba illa Ecclesiastici (cap. 24) discutiens: *Quasi palma exaltata sum in Cades*, hoc est, in assumptione mea, quia Cades interpretatur *translatio*. Quis autem non videat, Deiparae assumptionem nihil aliud fuisse, quam translationem quandam eiusdem ex hac militanti ad caelestem, et trium-

phantem Ecclesiam? Porro infer multa, quae hystoriographi rerum naturalium de palma commemorant, illud celebratissimum semper fuit, quod insigne victoriae est, et trophaei. Unde olim, ut adnotat d. Isidorus (lib. 17. *Ethymol.*), et Lyranus (*sup. cap. 15. Deuter.*), victores in praefatis ramis palmae in capite, et manibus orbabantur, quare (Apoc. 7) divus Ioannes ait, se vidisse martyres victoriam de tyrannide reportantes, manibus palmas gestare: *Et palmae in manibus eorum*; immo habenti iustam causam dabatur palma in manu, quasi victoriam iam habuisset in ea, ut idem Lyranus adnotat ibidem. Unde (Deuter. 25) dicitur: *Quem iustum conspexerint, illi iustitiae palmam dabant*. Plinius autem (libro 16. de naturali historia cap. 25), non solum ait, palmas triumphi, et victoriae symbolum fuisse, sed et praesigium. In cuius probationem refert, palmam natam in basi Caecaris dictatoris ante bella civilia, quae gessit, futurae eius victoriae, et trophaei prognosticum extitisse. Hinc etiam (lib. 1. lib. 12. C. de Princ. argen.), ponitur palma pro victoria, et sine laborum. Fundamentum autem huius symbolicae acceptionis arbitrator fuisse duplex. Primum, quia palma ea est praedita fortitudine, ut quantumcumque magnam ponderis molem ligno eius superponas, nunquam flectatur, nec dorsum cedat a pondera victum, ut tradit Berchorius (lib. 12. *reduc. moral.* cap. 112). Secundum fundamentum est, quia folia palmae formam gladii praeserunt, et rami illius, ut ingeniose observavit Henricus Schualem (in suis aphor. *hyerogl.* lib. 18), figuram manus; fructus vero, nempe dactyli, figuram digitorum portendunt: unde et dactyli dactyli sunt appellati. Ecclesiasticus ergo alludens ad haec omnia, ut significaret insignem victoriam, quam beata Virgo adversus omnes suos hostes retulit, comparavit eam palmae arbori victrici dicens (Ecl. 24): *Sicut palma exaltata sum in Cades*. Inter omnes autem Virginis victorias illa celebris est valde, quam adversus omnes haereseis tulit, Ecclesia catholica acclamante: *Gaude Maria Virgo, cunctas haereseis sola intervenisti in universo mundo*. Sola, inquam, quia sola peperisti illum, qui contribulavit capita draconum in aquis. Sola post filium tanti est apud Deum meriti, et gratiae, atque in omnes misericordiae, ut per hanc vellet, per hanc posset haereseis expugnare. Triumphavit altera Maria de Pharaone, Iahel de Sisara, Iudith de Holoferne, Hester de Aman, suis et patriae hostibus peremptis. Tu sola inter omnes emines, et una tot haereseis ante triumphalem currum decis. Haereseis omnes interemisti, cum angelo credidisti: cum Christum Deum, et hominem peperisti: cum ad crucem filii tui gemebunda stetisti, ac sola constantium in eum fidem, fugientibus Apostolis, retinisti. Magna quidem haec, et memorabilis victoria, quae soli Mariae divina gratia concessa est. Sed non haec sola ratione haereseum victrix, et expultrix est: nam haereseis quoque omnes interemisti, cum Evangelium dilatavit, hoc est, cum conceptionis, parturitionis, pueritiae Christi gesta panxit. Quid cum sancto Iacobo Apostolo

in Hispaniis apparuit, et in rebus dubis quid agendum admonuit? nonne quantum ab ea Apostolus evangelizans confortatus, tantum haereseis omnes tum emergentes sunt labefactatae? Quid cum Apostolorum plerisque ad mortem, et apotheosin suam mirabiliter convocavit? nonne tum quoque fidem stabilivit, ut haereseis omnes contereatur? nonne haereseis expugnavit, cum Gregorio Taumaturgo catholicae fidei formulam praescripsit? quando Cyrillum patriarcham Hierosolymitanum ad pacem, et concordiam cum d. Chrysostomo reduxit? Quin nulla quoque fuit aetas hominum, qua exortis novis haereseis, Maria non aut beneficiis piis in fide vera conservavit, aut celestis virtute contra pestes eas dimicavit, aut incredibili vindicta contumaces muletavit? Nonne de haeresei triumphum egit, quando Iulianum Apostatam, et tyranum haereseis omnes callide in perniciem Christianorum foventem, concilius iussit occidi, et sanguinem vomere, quem iugurget? Nonne haereseis extirpavit, cum duci suo Narseli consultrix, et adiutrix victoriae semper in bellis contra Arianos adfuit? Quid quod ipsa etiam tantae Virginis imago in bellis contra impios, magna cum pompa, et maiore cum fide traducta, hostes stravit, atque devexit? Quid plura? nonne haereseis interemit, quando Nestorius patria extorris, linguam verbum corrodentibus, vivus in terra ob convicia in Mariam effusa, haustus, et miserabiliter assumptus est? Nonne prostratae sunt haereseis, dum Copronymus, et ipse, Mariae, eiusque imaginum hostis acerrimus, febre aestuat, et elephantiasi putrescit, ac vix demum tantis malis doctus, palinodiam canit? Mariam, ultricem scelerum agnoscit, et honore eidem restitui iubet? nonne et ante hunc in Leone Isaurico haereticam impietatem severissime, et acerbissime ulla est? nonne haereseis occubuerunt, cum simili ultione, ut impietatis, sic imperii successores, Leo Quartus, et Quintus, Michael Balbus, Theophylus, et eius filii perierunt? nonne haereseis interemit Maria, quando eos, qui nomini Mariano in ludu blasphemie insultabant, tetri daemones arripuerunt, afflictaerunt, occiderunt? nonne haereseis caedit, cum in eorum fautores severiter animadvertit? Dicit hospes ille qui, quod blasphemus in domo suo tolerat, Mariam sibi membra vimine notare somniat, et vixiles dissecta reperit, seroque Mariam vindicem scelerum publice praedicat. Haereseis quoque in iis mulieribus peremit, quarum altera Mariae nomen, et auxilium repudians, scropham pro infante perfendit: altera per frusta foetum membratim effundens abortivit. Atque propter haec, et similia alia Virginis trophaea, arbitror divinitus factum esse, ut illi iam iam morti proximae coelestis nuncius fuerit divinitus missus, qui portans et palmam, victrici eius manui illam porrexit, ut refert sanctus Melaphrastus (orat. de assumpt.), cum aliis permultiis, quos praecedenti libro commemoravi. Ad haec notavit divus Gregorius (in suis mor.), palmam inferius esse angustam, superius vero expandam, et latam, quod mihi non obscure significat, plusquam angelicam fuisse vitam Deipa-

rae cunctam: elsi enim in carne viveret, adeo ad appetendum terrena angustam se exhibuit, ut habens victum, et vestitum, ut honestam virginem decebat, his contenta esset, iuxta illud divi Pauli (1. Tim. 6): *Habentes victum, et vestitum, his contenti sumus*. Secundum vero portionem superiorem animae tam late sinus aperiebat ad divina charismata recipienda, quantum charitas super omnes copiosius diffusa erat in corde eius. Accedit, quod sicut palma in inferiori parte aspera est, aculeos et cuspidem portendens, in superiori vero parte pulchritudinem foliorum, et fructus suaviter ostentat, ut quidam poetarum eleganter ce-

Quae licet angusto stet robore, et aspera mesco  
Corticis horridi sit parte sub inferiori:  
Cum tamen ad liquidum se subrigit aera pri-  
(morum)  
Robur multiplicans, foliis fractaque redundas:  
Arboribus reliquis, quae dilatantur in imis,  
Et facie praestat; signa et victicia gestat.

Non dissimiliter, tametsi beata Virgo permultos doloris aculeos sustinere, adeo ut Simeon ei diceret (Luc. 2): *Uam ipsius animam pertransibit gladius*; coelesti tamen consolatione copiose adeo abundavit, ut melius, quam Paulus (2. Cor. 7) dicere potuisset: *Repleta sum consolatione, superabundo gaudio*: id quod non obscure indicant verba ipsius, cum dixit: *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*, vel, ut alii vertunt, in Deo Iesu meo.

Proculus, et Lucius Auleus de palma disserentes, tradunt hanc arborem esse solarem, quia multum in ea sol dominatur, et tandem eam conservat, ut quondam ipsius solis incorruptibilitatem participare merito censeatur. Ob hanc etiam rationem Deipara cum palma comparatur, in qua Sol insititiae Christus Dominus adeo praedominabatur, ut non contentus in illa per gratiam inhabitare, intra viceris eius per novem menses requieverit, iuxta illud (Ecl. 24): *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*. Ex quo factum est, ut b. Virgo quondam ipsius Solis iustitiae incorruptibilitatem ab eo mutuaverit, cum concipiens, et pariens, immarcescibilem virginitalis vigorem perpetuo conservaverit; adeoque ab omni libidinis aestu, virorem illum quoquo modo exsiccante, aliena fuerit, ut nullus unquam in eam inordinatus affectus irrepere, ut quodammodo impugnarit. Quam prodigiosam novitatem praeviens in spiritu regius Propheta dixit (Psal. 45): *Venite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terrae*. Non me latet divum Augustinum, Hieronimum, Cassiodorum, et glossam interlinearum velle per hanc terram intelligi universum orbem, qui tempore nativitatis Christi Domini summa pace gaudebat, in cuius signum portae templi iam clausae fuere. Tamen, ut in eundem locum adnotat divus Basilus, non adeo portentosa erant haec prodigia, cum aliis retro temporibus eadem non semel via fuissent, ut affirmat Titus Livius, et Paulus Orosius. Quare Richardi de sancto Victore in-